Caput II.

postolus detestando manifestauit,ne iam de pristi nis actibus se excusarent:sed quales ante fuerant, humiliter recognoscerent:ne se Iudæis superbè præferrẽt,sed tantò magis deum diligerẽt,ac gratiæ eius obnoxij fierẽt,quãto plura & maiora pec cata ab eo sibi esse dimissa considerarent.

CAPVT II.

Mat.7 *Propter quod inexcusabilis ô homo* P *omnis qui iudicas.In quo enim iudi cas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis,quæ iudicas. Scimus e nim quoniam iudicium dei est secundum ve ritatem,in eos qui talia agunt.*

Omnes,inquit,& facientes,& assentiẽtes,digni sunt morte.[Propter quod,]id est, propter quam causam,[inexcusabilis es ô homo omnis qui iudi cas] alios.homo dico,nõ gentilis tantũ, sed & o mnis,siue gẽtilis,siue Iudæus,siue maior, siue mi nor.Cùm enim dicit omnis,subintrat iam mon strare non solũ gentilẽ,sed etiã Iudæum,qui secun dũ legem volebat iudicare de gentilibus. Cõmu niter ergo nunc de Iudæis & gentilibus agit. Iu dæus enim iudicabat gentilem secundũ pristinam conuersationẽ,& gentilis Iudæũ. Vterque autem homo.Si Iudæus gentilem iudicat de idololatria, & multi Iudæorũ coluerunt idôla. Si gentilis Iu dæum de legis præuaricatione,& ipse præuarica tor est legis naturalis. [Inexcusabilis,inquit, es ô homo omnis qui iudicas.]Hîc ostendit,quia vnus quisque homo naturaliter scit,quãuis se hoc scire nõ aduertat, scilicet se à deo secundũ actus pro prios iudicandum.Quomodo enim ipse aliũ pec cantẽ iudicio suo dãnaret,si deum ita facturũ natu rali sensu nõ videret?Omnes enim per naturalem legẽ atque rationẽ norũt & innocentiã præmiũ,& malitiã mereri suppliciũ.Inexcusabilis es, quia tu ipse testis es dãnationis tuę.Nã[in quo iudicio iu dicas alterũ]ad dãnationẽ,[in eo cõdemnas teip sum:]quoniã eadẽ agis tu ipse,quæ iudicas in alte ro esse dãnabilia.Et sicut iudicas de alio,sic potes scire quod deus iudicabit de teipso. Et vere iudi caberis à deo,sicut iudicas eos qui faciũt ea quæ & tu facis:quia scim⁹ quod iudiciũ dei est secun dũ veritatẽ in eos qui talia faciũt. Nõ enim acci piet personã in iudicio:sed siue maior,siue minor siue Iudæus,siue gentilis sit quisque,deus illũ vero iudicio,prout dignũ fuerit,iudicabit.Notandum quoq; quod hæc sententia similiter dãnandũ ma nifestet etiã nostri tẽporis quẽlibet iudicẽ,vel ec clesiasticũ,vel secularẽ,q̃ facit ea q̃ ĩ aliis iudicat.

Existimas autẽ hoc ô homo,qui iudicas eos qui talia agunt,& facis ea, quoniã tu effu gies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis contemnis, ignorans quoniã benignitas dei ad pœnitẽ tiam te adducit? Secundum duritiã autem tuã & cor impœnitens thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, Mat.16 *qui reddet vnicuique secundũ opera eius: his quidẽ,qui secundum patientiã boni ope ris,gloriã & honorem & incorruptionem quærentibus,vitã æternam: his autem qui sunt ex contentione, & qui nõ acquiescunt veritati,credunt autem iniquitati, ira & indignatio,tribulatio & angustia in omnẽ animã hominis operãtis malum,Iudæi primũ & Græci. Gloria autẽ & honor & pax omni operãti bonũ,Iudæo primũ & Græco.*

Nos scimus iudiciũ dei esse in eos qui talia fa ciunt.Sed tu cũ eadẽ facias,putas te euasurũ illud iudiciũ?Et hoc est quod increpatiue dicitur.[Exi stimas autẽ hoc ô homo qui iudicas,]id est, iudi cio tuo dãnas eos,qui talia agũt,& facis ea:[quo niã tu effugies iudiciũ dei?]Quãuis enim potesta tẽ nũc super cæteros habeas,& nõ sit qui te in hoc mũdo iudicet,nõ tamẽ existimare deũ tibi parci turũ debes,si male egeris.Putare enim posset ali quis imperitus,quòd tãto liberius sibi peccare li ceret,quãto diligẽtius alios à peccato cõpesceret. [Existimas quoniã iudiciũ eius effugies,] id est, nũquid ideo tibi de ipunitate blãdiris,quia de⁹ in præsẽti nõ reddit?[An cõtẽnis diuitias bonitatis eius,] id est,diuitẽ & copiosam ei⁹ bonitatẽ, quia nũc misericordię tẽpus est, [& diuitias patiẽtiæ eius,]qua peccãtes patiẽter tolerat.[& lõganimi tatis, [qua diutius illos ad pœnitentiã expectat? Seuere loquitur Apostol⁹, quia mala & dura mẽs nõ reuocatur nisi terrore. Diuitiæ autẽ bonitatis dei in hoc manifestatur,quòd tãta quotidie in ter Mat.7 ris mala faciũt homines,& tamẽ eis deus solẽ suũ producit & pluuias mittit, aliaq, multa bona largitur blãdiẽs vt ad pœnitẽtiã p beneficia pro uocet.Diues esse monstratur & patiẽtia eius, qui tot & tãta mala faciẽtes patienter sustinet. Diues est & longanimitas eius,quoniã non statim punit eos,sed expectat ad pœnitẽtiã per multa tempora. Sed has diuitias bonitatis & patiẽtiæ & longani mitatis cõtemnit,qui nõ sic vtitur eis ad pœniten tiã,vt deus intẽdit,sed ad vanã securitatẽ vertit,ę stimãs deũ aut nõ curare humanas res aut donare quod differt.An cõtẽnis,inquit,has diuitias,[igno rãs,]id est,nõ cogitãs,[quoniã benignitas]id est, pia misericordia [dei adducit te,] quantum in se est,[ad pœnitentiã,] dum tibi spatium adhuc tẽ poris indulget?Ipsa te prouocat ad pœnitendum. sed tu [secundum durtiam tuam & cor impœni tens,thesaurizas tibi iram,] quia durus es & in malitia tua pertinax, de qua nec corde pœnites.